

lans orbem terrarum intrat, sed illam observans, non in volumine, sicut reges Israel, sed in semetipso, carnem suam purissimam pro paguro, sanguinem pro atramento, caltrum circumcissionis pro calamo ad scribendum accipiens, cuius aculo mucrone non solum insignula, sed graviter quoque laesa eius tenerima caro fuit. Et quoniam de Adami inobedientia mentionem feci, non possum non animadvertere, primum, quod ei praecepit Deus, fuisse divini praecepti observantiam, cum dixit (Gen. 2): *Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiae boni, et mali ne comedas.* S. Augustinus haec verba explicans, ita Deum interrogat: *Die mihi obscuro Domine, arbor quam creasti, aut bona erat, aut mala: si mala, cur creasti? si bona, cur retulisti?* Cui interroganti respondet idem Pater doctissimus, Deum qui est in omnibus suis operibus perfectissimus, cum dedisset corpori cibum, voluisse etiam animae non denegare alimentum; et ideo ait, Deum haec verba dixisse (Gen. 2): *Ex omni ligno paradisi comede, ut Adam, qui esset corporis cibus, cognosceret, nam, ut inquit Paulus (1. Cor. 15): Primum quod animale est, deinde quod spirituale, posteaque Deum ostendisse, quis, et qualis futurus esset animae cibus, cum prohibuit dicens: De ligno autem scientiae boni, et mali ne comedas.* Ecce huius praecepti obedientiam Adamo assignat, tanquam animae nutrimentum, quae obedientiae observantia fuit Christo perpetuus ille cibus, quo dicebat se sustentari, et cui stomacham a principio suae conceptionis assueverat: unde ipse de se inquit (Mat. 39): *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus: volui te, lex tua in medio cordis mei.* Vix enim cōmatris utero fuerat egressus, cum statim de observantia legis, et Patris implenda voluntate agit, observans circumcissionem, quod et reliquo suae vitae tempore ita curavit, ut iam grandior effectus, cum posset cibus ut solidioribus, et pane vesci duriore, eundem cibum amare, et sibi gratissimum testaretur, inquit (Ioan. 4): *Cibus meus est facere voluntatem Patris mei.* Ac tandem tanquam obedientiae dux amore saucius, et aeger in thalamo crucis recumbens, eandem retinuit obedientiam praeceptorum Patris, sicut Paulus ait (Philipp. 2): *Obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.*

Secunda ratio potissima, ob quam voluit Christus circumcidi, fuit, quoniam ipse praeviderat futurum aliquando Valentinum haereticum, qui contenderet, Christi carnem non ex humana, sed ex coelesti materia compositam, et Apollinarem etiam, qui desperet, dicendo divinitati consubstantialiam, et impassibilem, nec non Manichaeum, qui blateraret Christi corpus esse phantasticum. Ut ergo huiusmodi haeresiarum mendacissimos ostenderet, et illorum damnares errores, voluit Christus sanguinem fundere, et circumcissionis subiacere doloribus, ut haec via suae carnis veritatem probaret, et exploratam relinqueret. Hoc ipsum affirmant Epiphanius (haeres. 30), et Bernardus (ser. 3. de circumc.), asserentes Christi circumcissionem fuisse tanquam lapidem, ad

cuius tactum auri veritas exploratur: nam per circumcissionem humanitas Christi, eiusque perfectio, et veritas cognita, et perspecta primum fuit. Nemo est qui nesciat, esse duplicem in Christo naturam, divinam scilicet, et humanam: divina aurum probatum fuit, tanquam lapide, quando ipso moriente petrae scissae fuerunt, Creatoris mortem detestantes, altentibus pariter eius hostibus, et dicentibus (Mar. 15): *Vere hic homo Filius Dei erat.* Perfectio carnis sanctissimae cognita, et detecta fuit ad lapidei caltri ictum, quo Christus fuit circumcissus: gladius namque ille, iuxta magis communem, et receptam opinionem, non ferreus, sed lapideus fuit, sicut latius ultima declarabit Homilia.

Tertia ratio, qua motus Christus carnem suam voluit circumcidi, fuit, ut hominibus persuaderet, quantum interit carnis frenare appetitus, et sensum omnium libidinem habere subiectam; am ut notavit Ambrosius (lib. 1. de Abr. c. 17) his verbis: *Evidenter circumcisio carnis praeceptum est castimoniae* quod etiam s. Thomas (in 4. d. 5. q. 2. a. 3) affirmavit. Voluit autem Christus in tenera adhuc aetate hanc nos docere virtutem, quoniam vitae morumque correctio, et reformatio inde inchoanda est. In cuius rei figuram scriptum est in sacris litteris, civitatem Susan fuisse caput regni Assueri (Gen. 10): *Susan civitas regni eius exordium fuit.* Susan idem est, quod lilium, id vero symbolum est castitatis; et ideo optime convenit castissimae Susannae nomen inde deductum, siquidem ut castitatem tueretur, manifesto se periculo vitae, et honoris exposuit. Qui ergo cupit, ut in se regnare Christus incipiat, a castitate debet incipere; quoniam cum difficilis eius sit observantia perfecta, oportet illam cum primo, ut aiunt, lacte sugere, et a teneris ungueulis castis moribus assuescere: nam ob eius rei incuriam grassatur in inventula voluptas, et frequentes praedas, ac miserabiles ab incantis reportat, sicut Danielis prophetae visio confirmat, cum narrat a se visam bellum crudelium, et audivisse vocem dicentem sibi: *Surge, comede carnes multas,* id est, carnes hominum voluptatibus deditorum. Ubi valde notandum est primum, quod ait bellum illam esse similem urso, cuius ea natura est, ut melle plurimum delectetur: quo significatur carnis visio deditum, et voluptatibus indulgentem cibis gaudere savibus, et recreari delitiis, quoniam intemperantia luxuriae fomes, et incitamentum est. Secundum addit Propheta, tres hinc bestiae essendae dentium ordines, quibus maxime saeviebat, ut ostendat in tribus potissimum aetatibus carnis dominari lasciviam, in pueritia, iuventute, et senectute, ad quas reducuntur eorum aetates, qui veneris delectantur. Quamobrem ut Christus nos doceret gerere bellum a pueritia contra tam crudelem adversarium, incipit infantulus innocentissimam carnem suam contra putre circumcissionis. Hoc opus tam gratum Patri fuit, ut illico accepit ab eo compensationem impositione gloriosi nominis Iesu, ut dicit Evangelista: *Vocatum est nomen eius Iesus.* De cuius nominis excellentia, et immensis the-

sauris, qui in hoc sacratissimo nomine reconduunt, fieri quidem non potest, quin antiqui Patres aliquid subfocerint, cum tam ardentiter illud sibi revelari flagitarent. Abraham nihil vehementius expelebat, quod non assecutus, saltem obtinuit, tanquam rem magnam, huius nominis litteram quam proprio nomini adtingi, idque non absque compensatione, et commutatione sanguinis filii sui Isaac, quem Deus sibi sacrificari mandavit: *Tolle,* inquit (Genes. 22), *quem ad dignis filium tuum Isaac.* Iacob etiam in hoc desiderio insignis fuit, siquidem non contentus integram noctem cum angelo luctari, ut antequam discederet, benediceret sibi, summis precibus ab eo postulavit, arbitrans angelum esse divinum Verbum, humano habitu, ita tunc praeludens ut postea vere homo fieret, sicut advertit Theodoretus. Curavit etiam Iacob, dum ita luctabatur, scire nomen angeli, idque sedulo anxius est, frustra tamen dicente angelo (Genes. 32): *Cur quaeris nomen meum, quod est mirabile?* Id est, noli enim curiosus, nomen meum percontans, esse ardensissimum tenebatur desiderio eiusdem nominis cognoscendi; unde dicebat (Isai. 66): *Nomen tuum, et memoriam tuam in desiderio animae meae.* Advertensque sibi non respondere Deum, clamavit iterum, et coeli portas quasi pulsans, intento clamore ait (Isai. 64): *Utinam dirumperes coelos, et descenderes, et nolum faceres nomen tuum.* Quod lamen etsi pium et sanctum desiderium Deus non impleverit, sicut ipse significavit (Exod. 4): *Et nomen meum non inducavi eis: in nostro tamen saeculo vere auro, quod in lege gratiae coepit, inter divitias, quas Deus Ecclesiae suae liberaliter communicavit, sacratissimi sui nominis thesaurus omnibus manifestus, et communis habetur (Luc. 2): Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur.* Quod eximiae dignitatis nomen solus Pater aeternus dare novit, et ideo per angelum de coelo missum: nam ad imponenda rebus convenientia nomina opus est plurima sapientia. Hinc videmus Davidem, qui praedicandis Dei perfectionibus excelluit, ut hominibus persuaderet summam Dei, et mirabilem esse sapientiam, de illo dixisse (Ps. 146): *Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocat;* hoc est, non solum praestat Deus numerandi arte omnibus Arithmeticis, dum multitudinem stellarum numerat, sed omnibus etiam sapientissimis quibusque Philosophis antecellit, dum siderum omnium, et stellarum exactam habet notitiam, ut singulis earum nomina propria, et naturae convenientissima indiderit, ac propterea ab eo vocatae, tanquam prompta, et ad nutum obedientia mancipia praesto sunt, iuxta illud (Baruch. 3): *Stellae vocatae sunt, et dixerunt atsumus.* Cum igitur nemo alicui rei nomen dare valeat, quin naturam eius, et dignitatem exacte cognoscat, quod in Christo Pater solus comprehendit, planum utique est, solum ipsum, quale conveniebat, nomen imponere potuisse: quod ut notaret Evangelista, subiunxit, dicens (Luc. 2): *Quod vocatum est ab angelo, prius-*

quam in utero conciperetur. Non igitur inventum ab hominibus hoc nomen est, sed a Deo, iuxta illud (Isai. 62): *Quod os Domini nominavit.* Hoc praeter Evangelistae testimonium, quo praecipue haec veritas ostenditur, indicat etiam varietas nominum, quae solo nomine Iesu continentur, licet sit tam parvis syllabis contractum, ut duas non excedat. Ingenii, et sapientiae proprium semper fuit multa paucis comprehendere, et claudere parvis maxima, ob id quae horologium omnibus rotis, et instrumentis perfectum, ita tamen exiguum, ut annulo mana gestando quae affligi, multo pluris habebat, et consuetur artificii maioris, quam quod adeo magnam, et sonorum est, ut per totam civitatem audiat. Tabula etiam exigua, ubi omnes provinciae, et regna, quae haecem inventa sunt, exarata cernuntur, plaris est, quam quae amplior, et longior eisdem provinciarum, et universi orbis descriptionibus exaratur. Praeterea sacrum litterarum illa non minor est excellentia, quod paucis verbis gravissima sententiarum pondera, et altissima mysteria recondant. Namisima etiam, quo pretiosius, eo minoris est quantitas, et maiori pretio, et valore, quam reliqui mumi, licet quantitate maiores, aestimantur. Hinc recte inferitur, summam esse huius nominis dignitatem, et eius qui illud imposuit, sapientiam infinitam, cum nomen unum existens, alia quam plurima, ac pene infinita Dei nomina continet. Nam quemadmodum omnia fere nomina, et tituli, qui Philippo illi adscribuntur, dum rex Castellae, Portugalliae, Legionis, Aragoniae, Navarrae, et aliarum provinciarum appellatur, latent et continentur sub uno nomine regis Hispaniarum; ita in hoc sacratissimo nomine Iesu, cum Deus sit sapiens, omnipotens, iustus, bonus, et misericors; omnia haec, et alia nomina delitescent. Iesus enim idem est, quod Salvator; salvum autem populum suum facere non potest, nisi ad tantum opus omnia haec Dei attributa concurrant. Qua propter vere diximus nomen hoc sacratissimum, quod syllabis duabus tot ac tanta comprehendat sacramenta, coelitus delatum, et Deum solum habuisse auctorem; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA V.

Magnitudo amoris ostenditur, quo Christus sanguinem prosecutus est, ter pro eis homines fundens in circumcissione, in horto, et in cruce.

Inter ea, quae Christus pro nobis fecit, praesertim excellit amor flagrantissimus, quo non complectebatur, cultus amoris signa, et testimonia, etsi varia multaque sint, illud certe perspicuum, et magni ponderis est, cum amam proprio dispendio, et gravi summi rem amalam tutum. Quam ob causam Christus nostrae salutis amantissimus, ut suum erga nos

amorem ostenderet, in nostra salute, et incommoditate curanda ita se exercuit, quasi inmemor sui, nostris sua postposuerit. Hoc nobis insinare volens, comparat se gallinae, dicens (Matt. 23): *Quoties voluit congregare filios tuos, sicut gallina?* Nam gallina ad sui defensionem mitis existens, et instar columbae mansueta, in pullorum protectione admodum irascitur, et quasi leaena furere solet. Non aliter Christus in repellendis propriis iniuriis agens erat benignissimus: *Tanquam agnus coram tondente se obmutuit*; sed quando suos iniuriam pati cernit, acriter insurgit, et spiritum iramque leonis induit, ut sanctus Augustinus (c. 4. in Matt.) advertit: aspera enim sibi, mollia et suavia filiis suis reservat. Unde hic magnus Ecclesiae Pater contemplatus, Christum noluisse lapides in panem commutare, iuxta daemonis petitionem, ut propriae fami satisfaceret: *Irarem ego*, inquit, id a Christo non factum iri, quoniam sibi utile, aut gratum esse poterat; ut si foret amicorum suorum fami satisfaciendum, non dubitarem hoc magnum miraculum ab eo patrandum, quemadmodum factum cernimus in nuptiis Canae Galilaeae, ubi quia vinum defecerat, aquam in vinum nil canducatus convertit. Nec obscurum est, olim in lacu leonum Danielis famelico per angelum a Deo missum cibum, et populo suo siliendi de Petra perennem aquae fontem apertum, et Samsoni de mandibula aquam eductam non ignoramus. Hoc etiam spectat, quod in horto iam a suis hostibus capiendus fecit, quinque persequenti suae non restitit, sed volentibus Iudaeorum satellitibus suos capere discipulos, eos continuo defendit, atque, *Sinite hos abire*. Qui iam in coelo gloriosus, et triumphans persecutionem, quam Paulus adversus amicos suos urgebat, adeo propriam iudicat, ut dicat (Act. 9): *Quid me persequeris?* Ecce ait se, non suos, pati persecutionem. Quae haec misero est, o bone Iesu? quae tanta in homines charitas? Video namque te, dum quinque mille verberibus crudeliter quateris, tanquam agnum coram fondele obmutescere; ac si nullo pauciores plagas tui patiatur, prolixius accurris sedulus et fortis ad tuos protegendum. Quam aperte se prodit tui amoris ardor, et perfectio, cuius proprium est non proerastinare? amor enim omnis mora longa est, ut quod amat, ab iniuriis, et laboribus eripiat. Ad hoc roborandum sanctus Augustinus (loco citato) digna suo ingenio adducit testimonia duo, unum quando Christus a cruce pendens dixit: *In manus tuas commendo spiritum meum*. Quae necessitas erat, inquit divus Augustinus, animam suam Patri commendare, cum secret personaliter divino Verbo unitam, et a momento suae conceptionis beatam? Respondet Augustinus, his verbis a Christo commendari Patri fideles, quos vocat spiritum, et animam suam, propter amoris excessum, quo illos complectebatur, conformans se vulgari dicendi generi, quo matres utuntur, dum nimio in filios amore correptae, eos animam suam, et vitam nominant. Secundus locus, quem Doctor idem allegat, sumitur a Zacharia, nomine Christi dicente: *Qui tangit vos, tangit pu-*

pillam oculi mei. Itaque Christus ait, amicos suos non secus, quam animam suam, et oculos, sibi esse charos. Nemo autem est, qui nesciat, nihil esse anima charius, et nihil diligentius, quam oculos custodiri, quorum dolor molestus, et admodum gravis est. Propterea inquit Christus, verbera, spinae, clavi, et tormenta crucis corpori mihi laeserunt, sed quae amici mei patiuntur, ad meam usque animam penetrant, et oculorum pupillam offendunt: ideoque dum ego patiebatur obmutui, at amicus meus dolentibus, etsi iam sim in coelo gloriosus, conqueror. Omnia tamen haec amoris signa imparia sunt signo circumcisionis, cum infantulus tenerimque adhuc aetatis elici sibi sanguinem permittit. Solet enim usu venire, ut manus, pedes, et reliqua corporis membra protegantur caput, ac tanquam scutum se opponant ad recipiendos ictus capiti minantes; sed caput fieri clypeum, ut proprio discrimine pedes ab ictu liberet, et vultus, quod eis erat infligendum excipiat, res est profecto inaudita, neque fieri potest, ut naturalis amoris vis huc procedere valeat. Amor vero Christi talis est, ut caput existens, vel membrorum suorum esse propugnaculum, et scutum, omnesque divinae iustitiae dextros, et sinistros ictus excipiens, sanguinem pro suis membris libentissime profundat. Qua in re ille praeslitit, quod fieri solet ad erandum puellum aegrotantem adhuc matris ubera sugentem, quem ob urgentem morbum si oporteat pharmacia, aut venae scissioni invari, quoniam parum sanguinis, et nullum imbecillitatis in infantulo est, vena nutricia aperitur, et pharmacia propinquant, ut sic lac redditum purius, et malis qualitatibus expurgatum, tanquam medelam morbi genens puer, optatum valetudinem consequatur. Nostra erat aegritudo, noster lethifer peccati lethargus, nostra culpae intemperies, et nostram pariter esse poenam oportebat: deerat tamen capax subiectum, in quo illa posset esse fructifera: nam puri hominis poena ad Patris aeterni satisfactionem haud satis erat. Quamobrem summus Christi amor modum tandem invenit, quo hic defectus suppleretur: nam tanquam sedula nutrix nos ubere lactans, et inter brachia baiulans, ut ipse dixit (Osee 11): *Quasi nutrix in Ephraim portabam vos in brachiis meis*, ad nostram omnium salutem sanguinem sibi circumcisionis gladio educi permittit. Regius propheta David hunc Christi sanguinem in circumcisione manentem iam antea praeviderat, cum dixit (Ps. 44): *Myrrha; gutta; et casia a vestimentis tuis*. Vestimentum Christi humanitas erat, quam divinum Verbum suscepit: nam ut ait Paulus (Philip. 2): *Habitu inventus ut homo*. Liqueur myrrhae sanguis illius est: nam quemadmodum myrrha, etsi amara quidem, salutifera tamen est, et praeservans, ut ars medica, et experientia docet: sic sanguis Christi, etsi et amarus propter summum dolorem, quo illum fudit, nobis tamen fuit causa salutis, et unica medela, quae nos ab innumeris peccatorum morbis liberavit, et in posterum praemovivit. Atqui ut clarius appareat, quam proprie David myrrham appellet Christi sangui-

em circumcissione fusum, considerandum est, quod Plinius (lib. de nat. hist. c. 15), et Nicetas (in ant. c. 5), de myrrha scripserunt. Scribunt enim hi auctores, de myrrhae arbore loquentes, quod dum myrrhae arbor contrariis ventorum flatibus agitur, oportet illam acuto lapide perforari, ita ut rimula fiat, per quam liquor ille pretiosus distilletur. Allodens igitur David ad hanc myrrhae proprietatem, sanguinem divini huius infantuli appellat myrrham, quoniam Christus, qui vitae arbor est, in paradiso Ecclesiae vario ventorum impulsu concussus, iustitia nempe, et misericordia motus, scissione suscepit lapideo cultro ictus, unde pretiosissimus sanguinis liquor effluxit. Post myrrham addit Propheta, *guttam, et casiam*, quoniam videbat in spiritu, fore ut Christus, quem in circumcissione fundebat sanguinem, in horto quoque sudaret, et postea tandem in cruce multo abundantius effunderet. Nam gutta, ut idem testatur Plinius, est myrrhae liquor, sponte sua fluens, nec ulla vi a myrrha eductus; ac propterea satis convenienter David per guttam significavit sanguinem in horto Christi sudorem quem emisit, nullo eum tangente, aut percutiente. Casia tandem, quae iuxta Glossae sententiam species est aromatica, et ut Glossae verbis utar, in aquis nascitur, et crescit in immensum, optime denotat Christi sanguinem, quem in cruce pendens ex omnibus sacratissimi corporis membris effudit, tanto cum fructu, et universae catholicae Ecclesiae commodo, ut per baptismum peccata lavet, et filios Dei generet: per confirmationis sacramentum praebet fortitudinem, et arma subministrat: per poenitentiam morbos expellat; per eucharistiam animam nutriat; per ordinem sacerdotum, et Christi vicarios officiat ad aperiendum regnum caelorum: per matrimonium largiatur fructum benedictionis, familias augens, et gubernans; per extremam unctionem peccatorum reliquias delet: ac tandem quaecumque bona supernaturalia Deus mortalibus communicat, una sui sanguinis virtute donatur. Considerandum etiam est, praeterquam Christi pretiosus sanguis Ecclesiae Dei plurimum profuit, fuisse quoque magis momenti ad probandam suae humanitatis veritatem: nam inter testimonia, quae Ioannes Evangelista recenset, sanguis quoque annumeratur (1. Ioan. 5): *Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, et sanguis*. Quae verba acutissime et diffuse interpretatur Epiphanius martyr (lib. 2. de dupl. martyr.): *Spiritus ipse, sicut ceteri mortales respirabat*. Quo etiam sensu Isaias (c. 2) eandem vocem usurpavit, dicens: *Caveat ab homine, cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est*. Non deerit, qui dicat, per verba Propetae velle Spiritum sanctum docere, et fugiamus hominem, cui facile ira, et bilis in nasum conillantur, id enim signum est animi superbentis; verumtamen proculdubio Isaias mens alia est: nam loquitur de Christo, et idem est, ac si dicat: caveat, ne malum aliquod inferatis huic homini, qui naribus, ut alii homines spirant, quoniam quamvis videatur vobis homo ve-

teris similis, excelsus reputatus est, videlicet dignitate sublimis, et nativa divinus, immo et Dei Filius. Hic igitur spiritus, seu halitus Christi, iuxta Ioannis relata verba, fuit testis integerrimus, quo probata fuit vera eius humanitas. Quia et centurioni idem fuit argumentum verum esse Deum; unde Christo animam efflante, animadvertens centurio illum a corpore cum magno clamore, et gemitu egressam, seu ut Evangelistae referam verba, *Videns quod sic cum clamore spirasset*, continuo centurio exclamavit, dicens (Marc. 23): *Vere hic homo Filius Dei erat*. Vox enim ita potens, et penetrans fieri minime potest, ut a corpore exangui, et spiritu iam fere carente prodeat, nisi divinus in eo esset virtus, quae a tam debili corpore clamorem tam magnum eduxisset. Aqua praeterea testimonium humanitatis Christi praebuit, non tam aqua illa, quae ab eius latere mirabiliter fluxit, quam illa, quae ab oculis eius reliquiorum hominum more manavit: nam in nativitate, et circumcissione ploravit, et saepe toto vitae suae spatio lacrymatus est, ut in resurrectione Lazari, dicente Evangelista (Ioan. c. 21): *Lacrymatus est Iesus*; et in ingressu Hierusalem, quando muros eius, et turres contemplatus, vastitatem, direptionem, et ruinam ingratae urbis praevидit: ita enim scriptum est (Luc. 19): *Videns civitatem flevit super illam*. Demum in Filidans monte, ubi cum lacrymis, et singultibus, seu, ut dicit Paulus, *cum clamore valida*, et lacrymis vitam finivit. Quo manifeste monstratum est, Christum verum esse hominem, lacrymari namque naturae humanae proprium est. Tertium testimonium, quo veritas carnis Christi, et humanitatis probatur, sanguis fuit in circumcissione, in horto, et in cruce fusus, quo Manichaeus, veram in Christo esse carnem stultissime negans, convincitur. Addit Ioannes (c. 3): *Et hi tres unum sunt*; ac si dicat, spiritus, lacrymae, et sanguis testes sunt fido dignissimi, qui una, et eadem voce Christum hominem verum contestantur. Hinc accepta occasione proponere volo mirabilem quandam sanguinis in circumcissione fusi convenientiam cum illo, qui postea ab eius sanctissimis membris in cruce profluxit: illud tamen prius, tanquam verum suppono, Christum esse vitem, ipso dicente (Io. 13): *Ego sum vitis vera*. Quemadmodum ergo, quando putatur vitis, plorat, ita quando in circumcissione haec sacra, et vera vitis putata fuit, non solum sanguinem a venis, sed et lacrymas ab oculis fudit. Quod etiam Christo accidit, quando in torculari crucis, tanquam botrus contortus, et compressus non solum a toto corpore sanguinem, sed a latere, et oculis aquam emisit, ideoque vere dicere possumus tam de circumcissione, quam de passionis verba illa (Ioan. 19): *Exieit sanguis, et aqua*.

Sed iam revertamur ad propositam tractationem amoris, quem Christus pro nostra salute, sanguinem perfundens, declaravit. Notandum tamen in primis est, tam in rebus naturalibus, quam moraliibus, et artificiosis saepe contingere, ut modus, et rerum circumstantia pluris aestimetur, quam res ipsae habeant.

tur. Excellens fuit creationis mundi opus, non tam propter eius praestantiam, etsi magnitudine, et pulchritudine ceteris praecellat operibus, quam propter modum ipsam, quo omnia ex nihilo creavit. Quoniam circumstantia haec indicat manifeste Dei omnipotentiam, et infinitam eius virtutem, qua ex nihilo aliquid facere, et ipsum nihilum sibi ut obediret, cogere valuit. Hinc enim dixit David: *Vocat ea, quae non sunt, tanquam ea quae sunt.* Illis quoque, qui in vineam Domini conducti fuerunt, etsi quidam oriente sole, alii iam ad occasum vergente venerant, parem tamen utriusque mercedem tulerunt, quoniam meritum non tam a longitudine temporis, aut laboris, quam ab ipso operandi modo, et voluntate pendebat. Poterat enim maioris esse valoris, et meriti fositione eorum, qui sero ad vineam venerant, quam quae ab his, qui mane vineam intraverant, inculcaetae, et multiplicatae fuerant. Idem quoque certum in rebus arte factis: non enim raro contingit, ut annali caelatura, vel alterius cuiusvis materiae sculptura, seu ornamentum imaginis, maioris quam aetrum ipsum, vel alia materia, ex qua opus factum est, aestimetur; unde dixit Ovidius:

Materia superat opus: nam Mithier illic
Aequora caelata, etc.

Ad hunc modum si contemplerur opus nostrae redemptionis, et modum, quo nos redemit meditemur, iudicabimus plus nos debere modo, quo nos liberavit, quam ipsi redemptioni, et libertati per eum nobis allatae. Quis dubitat potuisse Deum genus redimere humanum, suscipiendo naturam hominis nullis adversitatibus, aut passionibus obnoxiam, atque ita potentem, ut imperio, et divitiarum affluentia omnes reges, et imperatores superaret? Voluit tamen de matre nasci pauperula, doloribus expositus tam intolerabilibus, ut haec una circumstantia, et hic redemptionis modus ipsam antecellat redemptionem. Sed ut, quae dixi, praesenti aptentur mysterio, poterat quidem Christus nullo sui detrimento, vel incommodo nos cruento circumcissionis cultro liberare; noluit tamen id facere absque propriae carnis sumptu illam circumcidendo, quoniam circumciso ipso, omnes mansimus circumcisi tanquam in capite, secundum verba Pauli (ad Hebr.): *Quoniam est caput omnis principatus, et potestatis, in quo circumcisi estis.* O vos felices, qui gravi legis iugo iam liberi estis, nec id angelorum, vel archangelorum ministerio, sed proprio Filii Dei labore, et impendio sanguinis, per quem circumcisi estis circumcissione sibi gravi, et difficili, vobis antem levi iam, et facillimo, quippe iam sanguinis hinc, quod pro vobis ille subivit, in salutiferam aquam sancti baptismatis commutavit. Quod haec in re instaurationum privilegium, quod exploratores Hierico dederunt hospiti suae Rahab, cuius domum in civitatis direptione fore liberam dixerunt, si rubens finis fenestrae appenderetur. Video quoque renovatum et illud, quod Israelitis Deus indulisit, quando Aegypti primogenitos gladio perempturus iussit, ut ostium aedium sangui-

ne paschalis agni conspergerent, si propriis illis, ac domibus parci volebant: *Et video sanguinem, et transibo vos.* Sic Ecclesia catholica, tanquam altera Rahab, mirabilem, et mysticam habet funiculum coccineum, seu purpureum, Christum nempe, tribus compositum substantiis, anima corpore, et divinitate, quod sua circumcissionis cruore delibutum rubeo, et purpureo fulget colore, eoque permanet secunda, nequaquam ad se perventuram terrae Hierico miseriam, et vastitatem. Et cum Ecclesia sit conspersa sanguine, quem Agnus benignissimus Christus adhuc puer fudit, audit ab aeterno Patre, quod olim Israelitae: *Videbo sanguinem, et transibo vos:* quasi dicat, videns sanguinem Filii mei placor, et factum mihi satis puto, ne vos amplius circumcissionis gladio subiaccere permittam.

Sed ut praesentem claudam homiliam, ostendam breviter, quantae sit dignitatis modus, quo Pater aeternus filium suum honorat, dum nota peccatoris ab eo insiguitur. Ait Evangelista: *Et vocatum est nomen eius Iesus, id est Salvator.* Consuevit Deus regni praemittere laborem, et post ignominiam dare gloriam; unde saepe contingit, ut calamitati succedat felicitas. Propheta Michaeas, quod liberius regi suo fuerat locutus, alapa percussit, et in carcerem detruditur, inde tamen Deus maior, et quam ignominia fuerat, honore affectum eduxit. Abiit Ioseph in Egyptum, et falso testimonio circumventus in vincula coniectus fuit; sed hanc iniuriam, et dedecus in tantum Deus convertit dignitatem, ut a Pharaone fuerit omnium suarum provinciarum moderator, ac prorex constitutus. Quid Mardocheus successerit, nemo est qui nesciat. Vir erat virtute clarus, atque ideo ab Amane, qui plurimum gratia valebat apud regem, neglectus, et illic infestus, atque odiosus, ut ipso auctore ferit capite damnatus; sed mutata fuit sors Dei consilio: Mardocheus enim iussu regis eundem locum auctoritatis, et gratiae, quae pollebat Aman, apud regem obtinuit; et Aman patibulo affixus fuit. Sic Pater aeternus erga Filium suum hodierno die se habuit: vidit enim sanguine fluentem, et stigmatum peccatoris notatum, quale circumcissionis erat signum; sed statim ignominiam honore composuit impositione nominis, quo nullum, nec in caelo, neque in terris pretiosius, aut mirabilius est. Haud est dissimile, quod in eius natalivitate, baptismo, et cruce praestitit: nam Christo in stabulo, et in terra animalia nascenti mitti angelorum choros, ut in eius laudem hymnos gloriae concinunt more nutrium, quae plorantes infantulos crebris mulcent, ac placent cantilenis. Accedit Christus ad Iordanem, et dum illic baptizatur, ut peccator, de caelo vox Patris auditur (Math. 3): *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audivi.* In cruce denique pendet latronibus medius, et tunc eorum unus proficitur eius innocentiam (Luc. 23): *Hic autem nihil mali gessit, vocatque illum regem, dicens: Memento mei cum fueris in regno tuo: quod et Pilatus asseruit, iubens cruci titulum inscribi (Ioan. 19): Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum, quo latam contra Christum mortis dam-*

nam sententiam, et quod prius dixerat (Ioan. 19): *Ego in eo nullam invenio causam, confirmat.* Post haec Christo iam animam efflante, et innumeris doloribus, et opprobriis affecto, caelum obscuratur, sol defectum patitur, velum Templi scinditur, et multi, qui aderant, conclamant (Marci 13): *Vere Filius Dei erat:* quae vox nihil esse poterat honorabilis: nihil enim est neque praestantius, nec animo quid maius intelligi potest, quam Dei esse Filium. Ex quibus omnibus vellem haec a nobis inferri conclusionem verissimam, multis, gravibusque probatam exemplis, Deum iuxta laborum mensuram consuevisse dare solatium, ut testatus est David, inquit (Ps. 93): *Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuae lactificaverunt animam meam.* Parum mihi videtur David hoc loco extulisse divina solatia, siquidem non solum pari, sed maiore cumulo redduntur, secundum quod Tobias dixit (c. 3): *Qui post tempestatem tranquillam facit, et post letum exultationem infundit.* Ubi referendum verbum *Infundit.* Scimus enim lacrymas exire guttatum, et solatia Dei Propheta dicit infundi, quippe non ut guttae stillantur, sed flunt, et perfunduntur, ita ut praeritos labores praesentibus abundantissimis bonis compensentur. Magnus fuit Israelitarum moeror ac dolor, Pharaone cum suis militibus et carribus eos hostiliter infestante: nam Israelitae numero pauci, Aegyptiorum copiosissimi exercitus erant: inermes illi, in omni armorum genere muniti: illi denique a patriae finibus exules, hic intra proprios limites existentes. Sed inter has rerum angustias Deus aperit fugienti populo suam viam per mare rubrum, et obiter hostibus excidium in modis fluctibus praeparat: nam postquam sicco pede Israelitae mare transierant, eos persequentes Aegyptii undis aequarum repente eorum obstruunt, et submersi fuerunt. Atque ut uno verbo dicam, longa rerum experientia antea Dei certos fecit, missos a Deo labores magis esse benevoli patris delicias, quam iudicis saevientis verbera, et cruciatus. Poterit hoc facile percipi domestico exemplo. Quotil quis faste pallium suum, vel togam, non quia sua vestimenta odio habeat, vel alterere velit, sed ut excessu pulvere meliora, ac magis munda faciat: ita Deus suae correctionis virga, nostro defectum, et libidinum a terra in nos provientem pulverem excutit, ne fortasse nobis adhaerescat, et ex pulvere fiat lutum, quo anima, et conscientia foedetur. Quam optime hoc sibi persuaserat David, cum dixit (Psal. 22): *Virga tua, et baculus tuus ipsa me consolata sunt, quae verba chaldaica paraphrasis vertit: Consolationes tuae, et lex tua ipsa me consolata sunt.* Verumamen nomen baculus, ut verit nostra vulgata, doctrinam meam magis exprimit. Baculus enim innitentem sustentat, et impedit ne offeodat. Si virgam dixisset David, et non apposuisset baculum, timendum foret, ne virga pulsatus, caderet; divina tamen bonitas id amovit incommodum: nam etsi virga laborum nos castigat, praebet baculum patientiae, et consolationis, ut afflictiorum mens eo baculo imixta non corruat, immo validior,

et constantior subsistat. Qua de re mihi agentii venit in mentem Samaritanus ille apud Lucaam, qui aegrotans vulneribus vinum, et oleum applicuit: vini enim virtus est, ut mordeat, et rodât; olei autem est proprium ulcera fovere, et placare doloris vehementiam: quod a Deo praestitum amicus suis certaminis, quibus si mala mittit, bona promittit, et praestat, utens missione laborum tanquam vino mordaci suae correctionis, non oblitus interim prosperis adversa pensare, applicans dolentibus oleum suavitatis, et consolationis, quemadmodum cum Christo hodie factum est, qui postquam fuit cultro circumcissionis afflictus, suavi, et gratissimo oleum offusum nominis Iesu, de quo scriptum est: *Oleum oleum nomen tuum;* cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Continet brevem aliam cum multiplici doctrina expositionem Evangelii, quod in die circumcissionis cantatur.

Iure optimo (in quodam serm. de circumc.) miratur sanctus Bernardus hodierni Evangelii brevitate: fieri enim non potest, ut alio careat mysterio, tum brevem Evangelii lectionem assignant illi, cuius magnitudo tanta est, ut terras, et coelumque transcendat, ipso id attestant (Hier. 23): *Coelum, et terram ego impleo.* At si consideremus, hanc Dei magnitudinem contractam, et circumscriptam esse intra infantuli reccens nati parvitem, statim cognoscemus satis utique esse, tam parvo puero parvum Evangelium, et abbreviatum Verbo, sic enim Dei Filius vocatur: *Verbum abbreviatum fecit Dominus super terram, bene convenire, ut ait Bernardus, Evangelium abbreviatum.* Nam si Pater aeternus rem adeo novam fecit, ut Verbum suum inmensum, et infinitum infra viscera Mariae Virginis clauderet, mirum non est, si sancta mater Ecclesia rem quoque novam faciat, eidem Verbo abbreviatum Evangelium lectionem assignans. Et cum sacratissima Virgo Filium suum circumcidi gaudeat, ut magne divitiae, et eximia ornamenta, quae in eo latent, per circumcissionis valum, tanquam per rimulam cernantur; aequum etiam est, ut sponsa eius Ecclesia sponso suo Evangelium attribuat, quasi circumcissum in littera, in spiritu autem copiosissimum, et multis mysteriis admirabile. Ex quibus non minus excellit, quod in primis Evangelii verbis ita legitur: *Postquam impleti sunt dies octo, ut circumcideretur puer.* Vellem o sanctissime Evangelista, quam nobis narras, tecum discutare veritatem, nam Philosophorum principes cum omnibus Peripateticis ait (lib. 6. physi.): *Tempus est numerus motus secundum prius, et posterius.* Deus autem capax motu non est, ipse namque ait (Malac. 3): *Ego Dominus, et non mutator; prin-*

afferens, salutem praebuit aeternam. Ne autem quis stulto putare possit, ipsum a tam alto, et longo principio itineris profectum in via defecturum, neque fore, ut quem sibi proposerat, sui cursus terminum aliquando attingeret, subiungit praecedentibus verbis David: *Et occensus eius usque ad summum eius, id est, tantum aberat, ut ab incepto cursu desideret, aut retro recederet, ut eadem cursus celeritate qua cooperat, ad locum unde prodierat, fuerit reversus, subigens, et debellans omne peccatum, ita ut, quoad ipsum, nec unum solum quantumvis minimum poterit eius impetum, et cursus potentiam effugere, ut indicant verba Davidis (ibid.): Neque est, qui se abscondat a calore eius.*

Consensum autem non est involvi silentio, cur Deus circumcissionem, et nominis Iesu impositionem simul fieri voluerit. Quid enim commune habet circumcisio cum Iesu? Circumcisio morbi est remedium; Iesus autem ipsamet salus, et vita est. Experimur quotidie, valetudinem agrotantis ab opportuna sanguinis missione interdum pendere; his Christo sanguis fuit extractus, semel in circumcissione cum lanceola, et iterum cum lancea, dum in cruce pendebat: ex quo duplice sanguinis fluxu nostra omnium salus derivata est, ac propterea hodie cum circumciditur, Iesus, id est Saluator nuncupatur. Praeerea sanguinis effusio, et impositio nominis Iesu continuo te docet pie Christiane, fundente Christo suum sanguinem, ut Saluator sis, oportere te, ut salvus fias, carnis fugere blanditias, et vitia tua circumcissionis cultro ita rescare, ut omnes inordinati appetitus excindantur, arcam poenitentiae viam ingrediendo, quam Christus caput nostrum primus omnium intravit: ait enim d. Bernardus: *Caput nostrum per tribulationes, et angustias intrare videmus, et nos membra eius nobis alia itinera somniamus? monstruosa res est, si per unum foramen transire caput videamus, et per aliud corpus.* Pudeat ergo, si ex animo Christiani sumus, capite nostro vulneribus spinarum confosso, delicias sectari, et voluptatibus affluere, immemores eorum, quae pro nobis tanto cum dolore passus est Christus. Quam plurima in Sanctis legimus, et plura nobis a sacri verbi praecombis proponuntur, quibus nos afflicti, ut pro Christo subire labores non recusemus, eius vestigiis insistentes; sed quod vehementius, si bene perpendatur, animos nostros ad id praestandum poterit commovere, illud certe est, quod ab Ezechiele scribitur, nomine Dei loquente, videlicet magnum esse argumentum, non esse Deo gratam animam, quam laboribus exercere Deus intermiffit: verba Prophetiae sunt: *Requiescit indignatio mea, et auferetur zelus meus a te, et quiescam, nec irascar amplius, eo quod provocasti me in omnibus his; quasi dical: cessabo a correctione tua, quod meliorem in te mentem desperaverim: esto securus, nullo iam me tui amore tangi, neque dolere, quod me reliqueris, et post tuarum voluptatum illecebras abieris: Et auferetur zelus meus a te, id est, non fatigabor, doctique faciam si damneris: Et quiescam, et tandem dolores, et labores tibi*

non mittam: *Nec irascar amplius: id enim fecerem facerem, magno te beneficio cumularem, ut meus dixit Apostolus (ad Phil. 3): Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiimini.* Sed considerandum est in hac re, quod sicut las civile, et canonicum tria filiorum genera distinguit, ait enim quosdam haereditos, alios naturales, et nothos alios: inter quos ea differentia est, quod legitimi in bonis parentum integra haereditate succedunt, filii naturales quintam bonorum partem assequuntur; at nothi, vel spurii universae haereditatis expertes, et pauperes relinquuntur, etc., sic etiam tria sunt laborum genera: quidam enim possunt vocari legitimi, quales sunt, in quibus Deus tamquam pater, et nostra voluntas tamquam foecunda Christi sponsa conveniunt, ipsa active eligente ex divina gratia ieiunium, flagella, solitudinem, et similes alias carnis afflictiones. Huiusmodi labores tamquam legitimi, paternorum bonorum haereditatem iure optimo adibunt, iure inquam iustitiae, ut dixit d. Paulus (2. ad Tit. 4): *Reposita est mihi corona iustitiae, non solum mihi, sed et his, qui diligunt adventum eius.* Sunt et alii labores naturales, id est, qui ab ipsa natura proveniunt absque nostra electione, qualis est corporis morbus, aeris adversa tempestas, quae agrorum sata vastat, et alia his similia. Tales sicut adversi successus, etsi sint naturales, et voluntate nostra inconsulta eveniunt, si tamen referantur ad eorum auctorem Deum, et patienter divina gratia adinvicem sustineantur, celestibus alimentis gaudebunt: ius enim ad paternam Dei haereditatem acquirunt, et legitimi redduntur, non secus ac primi. Alii tandem labores sunt spurii, id est in lethali peccato, et inimicitia Dei tolerati, et hi omnimoda cerebant haereditate, quoniam nec minima pars coelestium bonorum ad eos pervenit. Dubium non est, qui patitur iniurias, dum illas ulciscitur, diesque invigilat, et qui in successu rerum suis votis adverso indignatur, in coelum execrationes, et blasphemias retorquens, maiores ab eo sustineri labores spurii sint, qui libenter, et ut aequum est, illos patitur; at cum eiusmodi labores spurii sint, in peccato, et pro peccato tolerati, coelestem haereditatem, aut ullam eius partem habere non possunt. Has laborum memoratas species ad vivum in tribus montis Calvariae crucibus expressas, et mirabiliter designatas invenio: nam Christi crux symbolum est laborum, qui legitimi dicuntur; eos enim sua sponte a principio sustinuit (Isa. 51): *Oblatus est, quia ipse voluit; et ut Patri obediret (ad Phil. 2): Obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Crux boni latronis labores naturales repraesentat, siquidem non voluntarie fuit crucifixus, postea tamen laborem illum patienter tulit, et ad Deum retulit, dicens (Luc. 25): *Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus; atque ideo responsum accepit: Hodie mecum eris in Paradiso, id est, hodie bonorum gloriae meae participationi intereris, et in haereditate meam admissis non exiguum eius partem accipies.* Crux tandem mali latronis docet, quam sint

infelices labores, qui extra Dei gratiam susstantur: nam simili crucifixionis dolore, quo bonus labor coelum emit, ille perdidit, quoniam labor fuit spurius, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiimini. Sed considerandum est in hac re, quod sicut las civile, et canonicum tria filiorum genera distinguit, ait enim quosdam haereditos, alios naturales, et nothos alios: inter quos ea differentia est, quod legitimi in bonis parentum integra haereditate succedunt, filii naturales quintam bonorum partem assequuntur; at nothi, vel spurii universae haereditatis expertes, et pauperes relinquuntur, etc., sic etiam tria sunt laborum genera: quidam enim possunt vocari legitimi, quales sunt, in quibus Deus tamquam pater, et nostra voluntas tamquam foecunda Christi sponsa conveniunt, ipsa active eligente ex divina gratia ieiunium, flagella, solitudinem, et similes alias carnis afflictiones. Huiusmodi labores tamquam legitimi, paternorum bonorum haereditatem iure optimo adibunt, iure inquam iustitiae, ut dixit d. Paulus (2. ad Tit. 4): *Reposita est mihi corona iustitiae, non solum mihi, sed et his, qui diligunt adventum eius.* Sunt et alii labores naturales, id est, qui ab ipsa natura proveniunt absque nostra electione, qualis est corporis morbus, aeris adversa tempestas, quae agrorum sata vastat, et alia his similia. Tales sicut adversi successus, etsi sint naturales, et voluntate nostra inconsulta eveniunt, si tamen referantur ad eorum auctorem Deum, et patienter divina gratia adinvicem sustineantur, celestibus alimentis gaudebunt: ius enim ad paternam Dei haereditatem acquirunt, et legitimi redduntur, non secus ac primi. Alii tandem labores sunt spurii, id est in lethali peccato, et inimicitia Dei tolerati, et hi omnimoda cerebant haereditate, quoniam nec minima pars coelestium bonorum ad eos pervenit. Dubium non est, qui patitur iniurias, dum illas ulciscitur, diesque invigilat, et qui in successu rerum suis votis adverso indignatur, in coelum execrationes, et blasphemias retorquens, maiores ab eo sustineri labores spurii sint, qui libenter, et ut aequum est, illos patitur; at cum eiusmodi labores spurii sint, in peccato, et pro peccato tolerati, coelestem haereditatem, aut ullam eius partem habere non possunt. Has laborum memoratas species ad vivum in tribus montis Calvariae crucibus expressas, et mirabiliter designatas invenio: nam Christi crux symbolum est laborum, qui legitimi dicuntur; eos enim sua sponte a principio sustinuit (Isa. 51): *Oblatus est, quia ipse voluit; et ut Patri obediret (ad Phil. 2): Obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Crux boni latronis labores naturales repraesentat, siquidem non voluntarie fuit crucifixus, postea tamen laborem illum patienter tulit, et ad Deum retulit, dicens (Luc. 25): *Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus; atque ideo responsum accepit: Hodie mecum eris in Paradiso, id est, hodie bonorum gloriae meae participationi intereris, et in haereditate meam admissis non exiguum eius partem accipies.* Crux tandem mali latronis docet, quam sint

infelices labores, qui extra Dei gratiam susstantur: nam simili crucifixionis dolore, quo bonus labor coelum emit, ille perdidit, quoniam labor fuit spurius, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiimini. Sed considerandum est in hac re, quod sicut las civile, et canonicum tria filiorum genera distinguit, ait enim quosdam haereditos, alios naturales, et nothos alios: inter quos ea differentia est, quod legitimi in bonis parentum integra haereditate succedunt, filii naturales quintam bonorum partem assequuntur; at nothi, vel spurii universae haereditatis expertes, et pauperes relinquuntur, etc., sic etiam tria sunt laborum genera: quidam enim possunt vocari legitimi, quales sunt, in quibus Deus tamquam pater, et nostra voluntas tamquam foecunda Christi sponsa conveniunt, ipsa active eligente ex divina gratia ieiunium, flagella, solitudinem, et similes alias carnis afflictiones. Huiusmodi labores tamquam legitimi, paternorum bonorum haereditatem iure optimo adibunt, iure inquam iustitiae, ut dixit d. Paulus (2. ad Tit. 4): *Reposita est mihi corona iustitiae, non solum mihi, sed et his, qui diligunt adventum eius.* Sunt et alii labores naturales, id est, qui ab ipsa natura proveniunt absque nostra electione, qualis est corporis morbus, aeris adversa tempestas, quae agrorum sata vastat, et alia his similia. Tales sicut adversi successus, etsi sint naturales, et voluntate nostra inconsulta eveniunt, si tamen referantur ad eorum auctorem Deum, et patienter divina gratia adinvicem sustineantur, celestibus alimentis gaudebunt: ius enim ad paternam Dei haereditatem acquirunt, et legitimi redduntur, non secus ac primi. Alii tandem labores sunt spurii, id est in lethali peccato, et inimicitia Dei tolerati, et hi omnimoda cerebant haereditate, quoniam nec minima pars coelestium bonorum ad eos pervenit. Dubium non est, qui patitur iniurias, dum illas ulciscitur, diesque invigilat, et qui in successu rerum suis votis adverso indignatur, in coelum execrationes, et blasphemias retorquens, maiores ab eo sustineri labores spurii sint, qui libenter, et ut aequum est, illos patitur; at cum eiusmodi labores spurii sint, in peccato, et pro peccato tolerati, coelestem haereditatem, aut ullam eius partem habere non possunt. Has laborum memoratas species ad vivum in tribus montis Calvariae crucibus expressas, et mirabiliter designatas invenio: nam Christi crux symbolum est laborum, qui legitimi dicuntur; eos enim sua sponte a principio sustinuit (Isa. 51): *Oblatus est, quia ipse voluit; et ut Patri obediret (ad Phil. 2): Obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Crux boni latronis labores naturales repraesentat, siquidem non voluntarie fuit crucifixus, postea tamen laborem illum patienter tulit, et ad Deum retulit, dicens (Luc. 25): *Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus; atque ideo responsum accepit: Hodie mecum eris in Paradiso, id est, hodie bonorum gloriae meae participationi intereris, et in haereditate meam admissis non exiguum eius partem accipies.* Crux tandem mali latronis docet, quam sint

HOMILIA VII.

De eximia liberalitate, quam Christus Dominus in circumcissione ostendit, ac de variis mysteriis in ea reconditis, in illa eadem verba: Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer (Luc. 2).

Circumcisionis Christi Domini duplicem imaginem egregie eam adumbrantem reperio. Primam lego (12. cap. lib. Exod.) ubi sacra narrat historia, primo die mensis primi Nisan annum inchoari, et in eo mense sanguinem spargi agni Paschalis, liberantis populum a captivitate. Sic sane apud Catholicos primus dies anni, in quo Saluator circumciditur, summa religione colitur, quia innocentissimi Agni Christi Iesu sanguis sacrat in eius cruenta circumcissione spargitur, ut nos a misera peccati servilitate liberet. Secundam figuram, eam-

que praestantissimam omnium, Abraham circumcissionem putaverim: licet enim Abraham senex, Christus vero infantulus circumcidatur; at ipse grandior effectus, antequam Abraham fieret, ego sum, in eo tamen egregie Abraham circumcisio Christi circumcissionem praesignificavit, quia sicut Abraham se ipsum a clive circumcidit, ita et Christus; ille propriis manibus, hic etsi alienis, sed propria virtute Verbi, per quod facta sunt omnia. In hac autem Christi circumcissione inter alia multa observatione digna, summa liberalitas, ac magnificentissima Christi largitas mirum in modum effulget. Sicut enim mos inolevit apud plerasque nationes, ut amici initio anni fausta exordia sibi deprecantes, officiose se invicem saluterent, vicissimque munera impendant; ita Christus Dominus coaptans se urbanae huius consuetudini, nos omnes in capite anni salutari, omnes Salvatoris assumens, a quo omnis nostra salus dependet: nobis etiam summi pretii munus donavit, dum proprium sanguinem in infantiae sine taellatae libentissime profudit, et partem innocentissimae carnis suae nobis exhibuit. Verum si rem hanc altius contemplerur, singulare in hac carnis abscissione detegemus mysterium. Sponsus enim sanguinum erat Dominus Iesus, et spirituali spualitio animas sibi copulare venerat; est autem universalis, et vetustissima consuetudo, ut sponsus anulum aureum sponsae donet, et ideo caelestis Sponsus Christus anulum proculdubio nobis donavit, ex materia, omni auro Arabiae longe pretiosior, pellucens scilicet circularem carnis suae, cultro circumcissionis et detractam. Hic est sacer annulus, ingenti labore huius divini sacrificii mirifice elaboratus; cuius materies quia caro Dei erat, nullum quantumque pretiosissimum annulus valet et comparari, omnes Salomonis, Alexandri, Darii, et quoscumque alios, quorum tam profanae, quam sacrae litterae remiscuntur, annulos longo intervallo superat. Consecraverant summi Pontifices, ac reges in exordio sui Pontificatus, et regni aurea, vel argentea numismata proicere, et pretiosas pleraque munera in signum laetitiae liberaliter elargiri; non dissimiliter Christus Dominus summus Sacerdos, et supremus rex recens mundum ingressus, loco numismatum, et ceterorum donorum, propriam carnem, et sanguinem magnificentissime primi anni die nobis donavit. Commemorat Svetonius, Caium Caligulam a subditis suis donativum postulasse, offerendum sibi primo die Ianuarii, quod liberaliter adeo subditi praestiterunt, ut facili negotio Imperiali ingentem pecuniae quantitate coacervaret, adeoque iubilasse testatur, ut tripudians inter pecunias nudis pedibus incederet. E contra nunc configisse video, longe enim aliud est ab illo ingenium nostri Regis recens nati. Caius Caligula, ut se ditaret, inopes reddebat subditos die prima Ianuarii; Christus autem, ut nos ditet, eadem die pauperior, quam antea, efficitur, pretium sanguinis pro nobis exsolvens, et partem carnis suae detrahens: nec temporalia bona a nobis extorquet, sed ea nobis ingratis liberaliter donat, ut in re David dixerit (Psal. 15): *Deus meus est tu,*

